Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pere assam aur. et pro assam argentum
et pro lignis es. et pro lapidib ferrum. et ponam
iustitiam tuam pace. et prepositos tuos iu
stitiam. non audiet iam ultra iniquitas in terra
tua uastitas et contritio in finibus tuis.
et occupabis salutem muros tuos et portas tu
as laudationi. non erit tibi amplius sol ad lu
cendum per diem neque splendor lune illuminabit
te. sed erit tibi dominus in lucem sempiternam. et deus
tuus in gloriam tuam. non occidet ultra sol tuus
et luna tua non minuetur quia dominus erit tibi in lucem sem
piternam. et complebuntur dies luctus tui. populus
autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram
germen plantationis mee. opus manuum mearum ad
glorificandum. minimus erit in mille et parvulus
in gente fortissima. ego dominus in tempore eius
subito faciam istud. LXII

Sion propter sion non tacebo et propter hierusalem non quiescam donec egrediatur ut splendor iu
stitie eius et salutaris eius ut lampas accendatur. et uidebunt gentes iustitiam tuam et cuncti re
ges inclitum tuum et uocabitur tibi nomen nouum quod
os domini nominabit. et eris corona gloriae in manu domini
et diadema regni in manu dei tui. non uocabitur ultra delicta et terra tua non uocabitur ampli
us desolata. sed uocabitur uoluntas mea in ea
et terra tua inhabitabitur quia complacuit domino in te
habitabitur enim uiuens cum gloria et habitabit in te
filius tuus. et gaudebit sponsus super sponsam
et gaudebit super te deus tuus. super muros tu
os hierusalem constitui custodes. tota die et tota nocte
perpetuo non tacebunt. qui reminiscimini domi
ne taceatis et ne detis silentium eis. donec
stabiliat et donec ponat hierusalem laudem in terra. iu
rauit dominus in dextera sua et in brachio fortitu
dinis sue. si dedero tristitiam tuam ultra cibum in
imicis tuis. et si biberint filii alieni uinum tu
um in quo laborasti. quia qui congregabit illud comedent
et laudabunt dominum. et qui portauerunt illud bibent
in atriis sanctis meis. transite transite per portas
parate uiam populo. planum facite iter et eligite
lapides. et eleuate signum ad populos. ecce dominus
audiuit facit in extremis terre. dicite filie
sion. ecce saluator tuus uenit. ecce merces